UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

B. Pius Papa Quintus. Zelus contra infiedeles.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71907

Visual Library

r mater,
peperit;
ica mor-
ſu Chri-
s miſeri-
ât. In aſ-
io qui in
acrymas
iolanum
& baptiſ-
ſimul re-
conſtitiſ-
ecata cir-
ni memi-
388. De-
udavit in
& longa-
um inge-
dolescen-
tionem à
onditum
eæ, anno
n fuit.

7, viſitare
ee eorum.

B. PIUS PAPA QUINTUS.

Zelus contra infideles.

Deus, qui ad conterendos Eccleſiæ tuæ hoſtes, & divinum cultum reparandum, B. Pium fieri Pontificem voluiſti; fac nos ipſius defendi præſidiis; & Turcarum ferociâ domitâ, fideles tuos perpetuâ pace lætari.

Ora pro pugnantibus contra Turcas, &

MICHAEL GISLERIVS, in oppido Boſco ſtatus Mediolanenſis natus 1504; ex Ordine Prædicatorum, à Paulo IV extra-ctus ad Epiſcopatum, & anno 1557 creatus Presbyter Cardinalis; Pauli ſucceſſori Pio IV, magno fuit adjumento, in digerendis Concilii Tridentini ſanctionibus. Denique S. Carolo Borromæo adnitente factus Pontifex an. 1566, ſub nomine PII V, univerſæ Eccleſiæ præfuit annos 6, menſes 3, dies 24; ſanctiſſime mortuus 1572. Omni quidem vita, ſed in Pontificatu præſertim, pium ſe exhibuit, tum erga pauperes, tum erga Deiparam. Inter Acta prolixe ſcripta, eminent auxilia militaria, Carolo IX Francorum Regi contra Hugenottas, & Melitæ obſeſſæ contra Turcas lata. Immortalis autem memoria debetur navali de Selimi potentiſſima claſſe victoriæ, ad Naupactum, 7 Octobris relatæ, ductu Joannis Auſtriaci. Corpus, quod in patria voluerat humiliter ſepeliri, Sixtus V adferri Romam fecit, an. 1588; Clemens autem X 1672, Beatum pronuntiavit.

Ipſi veniunt ad nos in multitudine & ſuperbia; nos vero pugnamus pro animabus & legibus noſtris; & ipſe Dominus conteret eos. 1 Mach. 3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN